

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Fünfter Band.

Mit einer Handschriften-Tafel und einer Karte.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1880.

Ein Brief an Erzbischof Udo von Trier.

Von W. Wattenbach.

In der Monatschrift für die Geschichte Westdeutschlands, IV. Jahrgang, S. 587—590 hat Herr Dr. J. Harttung einen Brief mitgetheilt, welchen ich in den 'Nachrichten' erwähnt haben würde, wenn nicht der Abdruck grosse Bedenken erregt hätte. Eine hinzugefügte Bemerkung, dass der Schreiber mitunter 'etwas wie halbvergessene tironische Noten und dergl.' verwendet haben möge, liess es um so mehr als wünschenswerth erscheinen, das Original selbst zu sehen, da in der zweiten Hälfte des 11. Jahrhunderts eine solche Erscheinung sehr merkwürdig gewesen wäre. Der Director der Staatsarchive, Herr GR. von Sybel hatte auf meine Bitte die Güte, die Urkunde hieher kommen zu lassen, eine Bulle Leo's IX, welche schon von P. Ewald im N. A. IV, 185 ff. richtig als Copie bezeichnet ist. Die Rückseite ist zu Abschriften anderer Urkunden und auch dieses Briefes benutzt worden. Die Schrift ist sehr klein und eng, erfüllt von Abkürzungen, doch nur von den auch sonst gewöhnlichen, und vollkommen deutlich; Abschreibebefehle kommen darin vor. Von tironischen Noten ist keine Spur, und die Vermuthung, dass der Verf. selbst sich habe verstecken wollen, geht gänzlich fehl, da hier nicht etwa ein Concept vorliegt, sondern eine in der erzbischöflichen Kanzlei gefertigte Abschrift. Die Urkunde, welche früher im hiesigen Geh. Staatsarchiv verwahrt wurde, kam mir gleich bekannt vor, und es fand sich auch richtig eine Abschrift davon, welche R. Koepke vor mehr als 30 Jahren genommen hatte. Nach dieser und erneuter Vergleichung lassen wir hier einen Abdruck folgen.

Ohne Zweifel ist es der Erzbischof Udo von Trier (1066—1078), an welchen dieser Brief gerichtet ist, und es stimmt dazu, wie Harttung richtig bemerkt hat, dass in Beyers Mittelrh. Urkdb. ein Reginher 1052 als Subdiaconus (n. 339), 1068 als Diaconus (n. 367), 1071 als Propst (n. 371) vorkommt.

Domino augusto V. inclito archiepiscopo Fr. L. cum suis
fratribus in Christo Jesu domino fidelia oramina.

Vos jugiter bene valere et recte vivere, et esse in omni veritate et justicia, in Christo optamus; ita ut et nullius contrarietatis tēlo inimici vester animus saucietur, assidue deum pura mente oramus. Dilatio autem vestra nos in nostris tribulationibus undique contristat atque multum conturbat. In pellago sumus, prout possumus laboramus, jactamur undique fluctibus, navicula scirtes¹⁾ obtunditur, elatio maris in profundum minatur dimergi: sola intentio et spes ponitur in anchora. Mandastis nobis per domnum Regignerium capellanum vestrum, ut qualicumque modo se res nostra apud nos vel inter²⁾ abbatem haberet³⁾, vobis per litteras scirem innotescere. Vere, sancte domine, ignoramus aliud in eo esse, nisi idipsum quod fuit et est et erit usque ad finem vite sue. Quid aliud est, nisi dissipator loci? Quicquid religiosum invenit, ad suum domicilium totum commutavit. Quicquid potest suis fauctoribus⁴⁾ distribuit, ut ipsi pro eo apud⁵⁾ vos intercedant et gratiam ei possint vestram acquirere. Annonam et boves quęque per curtes potest⁶⁾ placitare, omnia venundari fortive facit, et interdicit ne ad claustrum audeat quispiam eorum dicere. Sed tamen ipsi nobis non celant. Postquam autem a fratribus suis ad nos post discessum vestrum reversus est, capitulum suum supra nos, vestris eum prepositis instigantibus, constituit cum abbatibus, cum multis clericis etiam ignotis: ignorantes⁷⁾ qua de causa, nisi quod nos sua nefanda et monasterii vobis intimavimus ruinam. Vos in pace, mi domine, nos dimisistis; utrum⁸⁾ videte, si vobis sit honor quod fecerat, an vestri contumelia? Causam suam propriam quam ex fratribus tunc audistis — reminiscimini vestri gratia — eam in capitulo non aperuit, sed alia⁹⁾ dixit coram illis, quę fratres minime vobis dixerunt. Ecce dicent vobis sue dextere, que sunt replete muneribus, ut nos injuste vobis essemus locuti: nunquam credatis, donec veniatis ad locum. Nos enim quicquid locuti vobis sumus, in veritate Christi ducimus ita esse. De vestra constitutione quam cum abbate Sancti Martini constituistis, indignum sibi fuit et respuit. Censum totum nobis ignorantibus dissipavit, discurrens per abbatiam cum suo capellano facit non modicum damnum. Minatur nos semper expellere, si tandem posset vestram acquirere gratiam. Casulam et albas duas et stolam posuit in vademonio; ter enim posuit et ter¹⁰⁾ resolvit, et adhuc ita jacent in vademonio. Quomodo potest a nobis diligi, qui nunquam a nobis electus est? Sed tantum ad monasterium virga minatus est,

1) viell. für 'in syrtis'. 2) viell. 'inter abbatem et nos'. 3) 'habetur' Hs. 4) So auch unten; hier ist das erste u. übergeschrieben. 5) fehlt Hs. 6) 'potes' Hs. 7) 'ignograntes' Hs. vielleicht für 'ignoramus'. 8) Es liegt nahe 'verum' zu verbessern, aber der Schreiber kann auch recht gut 'utrum' ungrammatisch verwendet haben. 9) 'aliam' Hs. 10) 'enim' ist hier wiederholt, aber durch Unterstreichen getilgt.

quemadmodum solitus est homo asellum virga minare ad molendinum. Itaque actum est ex eo. Vere enim et pro certo vobis intimamus, ut quantum ircus supra quam¹⁾ arietes valet, tantum ipse supra monachos. Ideo concordia nunquam inter nos erit vel fieri posset: aut ipse a nobis separabitur, aut nos ab illo separari oportet, quia dum ita res nostra se invicem adversatur, nostrum deo servitium nequaquam placere potest. Hoc tantum pro dei amore et sanctę Marię omnibusque sanctis, et pro salute animę vestrę et patris et matris carissimorum supplices rogamus, quod si emendare minime valetis, diutius nos suspensos in hac causa²⁾ amplius nolite fatigare, sed licentiam nobis exeundi date, quia jam amplius nequimus pati. Domini est terra et plenitudo ejus³⁾, et ubique uni deo militatur. Ecce enim ad nos pervenit⁴⁾ cum suis fauctoribus, ab eis premonitus, in magno damno loci: unde fratres vivere et tranquillare per aliquod temporis spacium⁵⁾ potuissent, secum in suo dispendio iudicavit esse. Justum esset, si vobis placeret hoc, ut antequam ad vos veniret, vestra prudentia ei mandaret, ut ad claustrum per obedientiam rediret, ibique vobis⁶⁾ ad interrogandum occurreret. Ut sciatis in veritate: quicquid a nobis reprehenditur vel minetur ei ex vestra parte, flocci pendet. Dicit enim: 'Quid de episcopo vestro me minamini? Ego vester episcopus sum. Ego sum vester erro'. Quid ultra? Sapiens fixus ut sol, ipse insipiens, mutabilis ut luna. Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua⁷⁾. Dum veneritis ad locum domino deducente, fratres interrogabitis necnon et laicos, secundum quod vestrum est interrogare. Experietis hujus rei certitudinem⁸⁾. Adhuc omnia vademonia ita stant, ut vobis diximus. Perlecta autem, vestri gratia igni tradite.

1) 'q' Hs. Es fehlt der Abkürzung ein Querstrich. 2) 'decausa' Hs.
 3) Ps. XXIII, 1. 4) 'prevenit' Hs. 5) 'spacii' Hs. 6) viell. 'nobis'.
 Häufig sind n und u nicht mit Sicherheit zu unterscheiden. 7) Ps.
 LXXXVIII, 14. 8) 'reis certitudinem' Hs. Im Original stand vielleicht
 'scertitudinem'.